

a1^v

GERHARDVS

GELDENHAVRIVS NO=

uio magus, Iohanni Piniciano

fuo. S. P. D.

NON raro admirari mecum soleo, in tanta docto=
rum praeceptorum copia, tam exiguum studiofo=
rum discipulorū esse numerum: Admirationis, siue
maius calamitatis huius causa, modo in parentum
incuriam, modo in quorundam Pædagogorum im=
peritiam, reicienda videbatur. Verum ubi rem penitus d. spicio, cœ=
cam hanc iuuentutis infelicitatem, soli nostræ erga cælestem patrem
DEVM ingratitude merito adscribendam iudico. Nondum tri=
cesimus octauus annus est, quod Alexander Hegias, Præceptor
meus, vir quum omnimoda eruditione, tum vitæ sanctitate ornatif=
simus, Dauentriæ: quod est haud ignobile veterum Francorum atq
Saxonum emporium: bonas literas solus fere docuit. Ad hunc au=
diendum, ex utraq Germania, ex Gallia quoq Belgica, supra duo
auditorum millia confluxerant. Oratorum & Poetarum libri quos
enarrabat, scribendi erant, Typographieñ tum paucos admodum
huiusmodi libros excuderant, & si qui excusi circumferebantur, ni=
mio emendi erant. Qui Græce vel legere didicisset, ferio triumphaba=
bat, seque inter cælestes verari credebat. Hebraicæ linguæ ne apicem
quidem ullus nouerat. Discendum præterea, quinque, sex, plus minus,
pro ingeniorum diuersitate annis. Iam: si libet: hanc nostram ætatem
illi conferamus. In omnibus fere celebrioribus oppidis, doctissimos
quosq Magistros, non latine solum & græce, verumetiam hebraice
peritos Germania habet. Optimorum librorum maxima est copia.
Clarius ac compendiosius docentur omnia. Nihilominus si quis stu=
diosos omnes per primam & sequundã Germaniam numerarit, vix
duo millia inueniet. Neque enim illos bonarum artium cultores vo=
candos patarim, qui in scholis, quas vniuersales vocant: aut solos in=
anes titulos, aut sacerdotiorum questum sectantur. Horum nãque bo=
na pars (veradicenti subscribet, scio, Louanium meū, ac docti omnes)
artiã Magistri salutantur, artifices vero, sunt pauci. In quos, vetus fo=

a2^r

dalis meus, Petrus Montanus, Poeta Satyricus, non inepte scripsit:
 Vangio festiue tu Bartholomee requiris, Artibus in septem lit qua
 ratione Magister: Qui pthongos nescit, numeros neq digerit vnq.
 Non est nobis digrediendum longius. Circumspiciamus hanc nobi=
 lem Auguftam, cœlo, folo, aquis, opibus eximiam, ingeniofa præ=
 terea iuuentute fœlicem. Quotus quifq hic non malit, liberos fuos,
 opibus, dignitatibus, aulicis fauoribus, cæterisq perituris bonis ex=
 cellere, q linguarum rerumq & pia & erudita cognitione aternis
 videlicet animi bonis præftare? Si qui vero sunt (vt nonnullos esse
 inficias ire non possumus) qui filios fuos recte institutos cupiant, hi
 in hoc errant maxime, quod cuilibet plagofo Magiftello (liceat ita
 loqui) potius, q̄ docendi peritis chariffima pignora erudienda com=
 mittant. Huic errori, vt magnificus prudentiffimusq huius inclyte
 vrbs Senatus occurrat, nullis parcat expensis. scholas publicas infti=
 tuere cœpit, quod proculdubio perficiet fœlicifume. Soli parentes
 adhortandi restant, ne abfq delectu, ne temere cuius ostentatori
 calido, promifforive ampullofo, credant. Imperiti Pædagogi. qui au=
 thore Fabio Quintiliano, falsam sibi scientie persuasione induerit,
 aut rectius, si neri poterit, instituti, aut a docendi munere pcul ar=
 cendi sunt. Imprimis vero cœlestis pater orandus, vt nostris misertus
 aures & oculos mentis nostræ aperiat, vt ita discamus, ita doceamus,
 vt omnia studia nostra, veræ ac eternæ sapientie præceptis inferuiât.
 Interea ne nostro munere defimus. totis viribus pueros nõ tam pu=
 ra ac latina oratiõe, q innocenti morum puritate imbueri conemur.
 Quod vt fiat commodius, en habes Terentianas sententias simul &
 colloquiorum formulas, a Cornelio Graphæo viro doctiffimo
 selectas, quibus Germanicam interpretationem per te ad=
 scribi cupio, vt hac via, vel ludentes pueri, latine
 discant, parentes quoq intelligant nostram
 operam nemini defuisse. Vale.
 Auguftæ, Calendis Maiis.
 An. M. D. XXXII.

a2^v

IOANNES PINI
 CIANVS G. NOVIOMAGO
 SVO. S. P. D
 QVOD me hortaris, vt loquendi formulas, quas
 doctiffimus ille Grapheus, pro fcolaftice iuuentu=
 tis commodo, & quotidiana exercitatōe congeffit,
 in noftrā linguam Alemanicam vertam, vt & pueri
 noftri TARENTIVM optimum quidem inter
 Latinos fcriptores, puerilis ingenii formatorem, vernacula lingua
 edificant: equum (vt aiunt) in planiciem prouocas. Ego enim: vt fem=
 per confueui: libenter huiufmodi prouinciam lubire foleo, quæ incō=
 modet nemini, profit autem multis, præcipue teneræ dociliq̄ ætati.
 Cui profecto omnes, quotquot funt, docti ac pu præceptores, totis
 viribus opem ferre debent, vt bonis moribus, fanctæq̄ vitæ (quæ
 omnino prior effe debet) literæ latine, & pure & cafte coniungantur.
 Quibus tandem imbuti, haud impigre, id quod didicerunt, eloquen=
 tur. Nunc fi Terentii, non dico amores, fed bene loquendi flores,
 aliorūq̄ bonorum autorū cultam latinatē imbiberint, perpetuo
 eam fecure, prompte, & expedite proferre poterunt. Recte igitur
 & pie admonuifti me, & ego haud grauate tibi morem geffi: quāq̄
 aliorum longe me peritiorum huic labori manum additam effe cu=
 perem. Scio enim q̄ non cuius ftomacho hæc noftra infipida fatis
 facient. At ego, q̄ potui fimpliciffime, fenfum verbis reddidi, vul=
 gare q̄q̄ morem noftratium obferuare ftudui. Si quod aliud aliis vul=
 gare magis placet, nihil moror, vertant & mutent, addāt & adimant,
 pace mea licebit, dummodo pueris piohoc labore meo vtcūq̄
 profuturus fim. Tu quoque mi Nouiomage boni
 confule, quicquid id muneris eft noftri, meq̄
 (quod facis) amare pergito. Vale.
 Exludo nro. xii. Caleñ. Iunias.
 An. M. D. XXXII.